

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres


Très jolie et curieuse marque de l'imprimeur
Benoit de Gourmont, avec la double petite
croix de Geoffroy Eozy.

1535.

Silvestre, Marques typographiques,
N° 838. p. 476.

8. 10. V. } Eudamidas et Arêtee de Corinthe
11. R. } charixène de Sicyone.





VLVCIANI

de Amicitia dialogus , cui nomen
Toxaris, D. Erasmo Roteroda-
mo interprete.



PARISIIS

Apud Benedictum Gormontium.

M. D. XXXV.



REVERENDO PATRI AG
domino D.Ricardo Episcopo Vuimtonie
si, Erasmus Roterodamus S. P. D.



P R I S C O R V M vſq; fœculis
mos hic in hæc nostra tépora dedu
ctus ē, amplissime pater, vt Calendis
Januarii principe inceptis anni die
manuscula quæpiā missitentur: quæ
nescio quid letioris ominis efferre creditur: tu iis
ad quos abeune: tu illis ad quos redeunt. Itaq; quū
ego dispicerē ecquid tandem muneris à nobis uet
ad tantum patronum, ad tam potentem amicū: ne
q; quicquam in mea reperirem supellestile, præter
meras chartulas, profecto chartaceam strenam mit
tere sum coactus: quanquam quid aliud, potius
mitti conueniebat ab homine studioso ad præsus
lem, omnibus quidem fortunæ muneribus magni
ficientissime cumulatum: sed qui virtutem virtus
tisq; comites, honestas literas infinitis calculis an
teponat: quicq; tanquam contempti, penèq; dixè
rim inuitus fortunæ dona admittat: contra animâ
bonis quum sit opulentissimus, tamen semper ma
gis ac magis cupiat ditescere: Porro nostrum hoc
munusculum, si nulla alia licet, saltē Terentiani
Parmenonis exemplo, hoc nomine commendabi
mus: quod nō ex Aethiopia, verū ē Samosata vſq;
Commagenorum vrbe sic profectū. Est autē dialo
gus Luciani, cui titulus Toxaris, siue de amicitia,
quem nos paucis hisce diebus latinū fecimus. Qui

quidē (vti spēro) non omnino futurus est ingratus
 tuæ excellentiæ: vel ob id quod amicitia prædicat
 rem adeo sanctā, vt barbarissimis etiā nationibus
 om̄m fuerit venerāda: Nunc Christianis vñq; adeo
 in desuetudinem abiit, vt non dicam vestigia, sed
 tñ nomē quidem ipsum extet: quum nihil aliud sit
 Christianismus, quam vera perfectiō amicitia, quā
 commori Christo, quam vivere in Christo, quam
 unū corpus, una anima esse cum Christo: homi-
 num inter ipsos talis quadam communio, qualis
 est membrorum inter se corporis. Neq; minus tam
 men iucundus, quam frugifer futurus est, si quis mo-
 do decorum obserueret, quod in personis sicutum est.
 Nam Mnesippi Græci sermo, quā totus Græcanis-
 cum quiddam sapit: comis, facetus, festivus: contra
 Toxaridis Scythæ oratio, quam tota Scythicum
 quiddam spirat, simplex, incondita, aspera, sedula,
 seria, fortis. Quin etiam dictionis discriminem, quasi
 q; diuersum filū à Luciano de industria affectatum,
 pro nostra virili referre curauimus. Hac igitur qua-
 lem cūq; clientuli tui strenuam amplissime Præ-
 sul, felicibus auspiciis accipe. Et Erasmus sicuti iā
 pridem facie, amare, ornare, iuicare perge. Vale Lō-
 dini, Calendis Ianuariis. M. D. VI.

AD CANDIDVM LECTOREM.



VANQVAM & hic, ut in ceteris, candido lector, se verè Erasmus hoc est facilem, florulentumq; præsticit Erasmus: quasdam tamen non hincquam inseruit voculas, aptas quidem illas, elegantesq; sed quæ intentati non ad modum multæ lectiois negotiorum facessant. Ex his igitur ne te quidpiam remittaretur studiose puer, quæ explicanda fuerint, ad politie ad marginem annotationibus, isdemq; pauca et quando pluribus non erat opus) explicuimus. Scilicet aliquid do iuuenies, cui subsecitur vocula qd Græco expressaq; Erasmicæ interim explicativa. Hoc autem fecimus, non quod Erasmi versioni quicquid detrahit vallis mus (absit enim) sed quod euratum voluimus, ne incundissimo fratre, atq; adeò lectione tam elegantis dialogi, vel pueri caperetur. Vale, & ihu pro mbré tuo candido interpretave.

TOXARIS SIVE AMI-
CITIA, DIALOGVS LVCIANI,
Dcl. Erasmo Roterodamo interprete.

INTERLOCVTORES, MNESIPPVS
Græcus, TOXARIS Scytha.

MNESIPPVS.

Ab admis-
tatione
exordis-
tur.
Orestes,
Pylades.



VJD. AISⁱ Toxaris & Sacrificatio
Oresti ac Pyladi vos Scythæ deos
que esse illos creditis? TOXARIS.
Sacrificamus Mnesippe, sacrificam?
in quâ: haud tamen deos esse arbitra-
ri, sed viros bonos. M. N. E. S. An vero mos apud
vos, etiā bonis viris posteaquā vita defuncti sine
perinde ut diis facere? TOXA. Nō istuc mo-
do: verū eodem festis diebus ac celebribus con-
venientibus honoramus. MNES. Quid capaces aut
sperantes ab illis? Neq; enim quo benevolētiā illo-
rum cōciliētis; ob id recte diuinam illis facitis, quā-
cum sunt mortui. TOXA. Nihil officiat fortassis, si
& eos qui mortui sunt, propicias haberemus: quas
quam non ob id tantum hæc facimus: quin magis
existimamus hos rem vehementer conducibilem
& his, qui in vita sunt, esse facturos, si præstantium
virorum memoriam celebremus, honorēmque has
beamus iis, qui vita defuncti sūt. Siquidē hac ratios
ne futrum arbitramur, vt multi apud nos illorū
similes euadere cupiant. MNES. Ista quidē recte
iudicatis: at Pyladē atq; Orestem quo nomine po-
tissimum suscepisti, vt duces æquaeritis uidq; ade-

quam hospites vobis essent: vel, quod gratus, hostes? Quippe posteaquā naufragio eiecti ab iis, qui cum Scythia incolebant, essent cōprehensū, abdīcti, ut Diana immolarētur: adorti carcerarios, neq; nō oppresis excubii, & regē trucidarunt, & Peregris assumpta sacerdote, quin ipsa quo p Diana sublata, nos & homines naufragio se se proripuerūt, irrita publica Scytharū le spites nauge. Quod si ob istiusmodi facta honorē habetis vi fragio eie-
ris: facile afflicti fueritis, ut multos illorū similes eos Scy-
reddatis. Namq; ipsi ab hoc die usq; ad prisca illa thæ imos
respicie: nū vobis expēdieris multos in Scythiam labant.

Orestes ac Pylades appellare. Nā mihi quidē isto pacto mox futurū videtur, ut religionis ac deorū expertes reddamini: diū qui reliqui sunt, ad eundē modū ē regione vestra in exiliū ablegatis: postea, opinor, deorū omnī vice, viros, qui illos eiectum venerat, diminitate donabitis: & qui sacrilegi i vos fuerūt, iis tanquā diis sacrificabitis. Quod si nequa quā horū gratia Orestē ac Pyladē colitis, sed aliud quippiā Toxaris in vos beneficii cōtulerunt: qua gratia quū olim non esse deos iudicaveritis: nunc *ē regiōe, sacra illis faciētes, deos esse decreuistis: *contrā Et qui tum parū aberant ut victimæ fierent: nū nūc victimas offertis. Enim vero ridicula videātur ista, & cum his quæ quondā statueratis pugnantia. TOXA. Et ista quidē Muesippe præclara sunt vi-
torū illorū facinora, quæ comemorasti: videlicet duo cū essent, tam ingētem aulūm audere, vt tam Iasō cum procul à sua patria profecti, mare transitterent: reliquis Græcis ad id usq; temporis intactū, nisi solis iis, Argonau-
qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum: tis.

D. ERAS. INTERPRETE.

nihil expauefacti: neq; fabulas, quæ de illo feruntur
Mare axe nēq; appellationē veritū, quod inhospitū vocare
nū id est, tūr, videlicet, opinor, quod feræ vñdiq; gētes ac
inhospita, colerēt. Deinde quū iā capti essent, vsq; adeo stre
lue lēse gesserint, neq; sat habuerint, si etatū inco
limes euaderēt, nīl & à rege acceptā cōtumeliam
vlti, & Diana sublata abrauigasset. Quid an non
admirāda hæc, & quæ diuino quoda honore dis
gna iudicēt, quicquid est hominū, qui virtutē suspi
ciuit? Quāqua nō ista spēctates i Oreste ac Pylade,
pro heroibus illos habemus. M NES. Atqui iā dis
cess: quidnā præter ista suspiciēdū patrarint, atq; di
uinū. Nā quantū ad navigationē & peregrinatiō
nē attinet, nō paucos profecto diuiniores illis ostē
dero negotiatorēs, atq; inter hos præcipuos Phœ
nices, qui nō in pontū neq; ad Maeotidē vsq;, aut
Bosphorū ratū enauigat, vērū quaqua vērsus, Græ
cū ac Barbarū mare permetiūtur. Hi siquidē oēm
orā, & oē littus (vt ita dixerim) perscrutati in annos
singulos, extremū demū autūno in suā patriā reuer
tūtur: quos scilicet ad eadē rationē pro diis habes
to, idq; etiā cōplures illorū caupones ac salsamē
arios esse reperies. TOXA. Audi nūc o vir admi
rāde, cōsiderāc; quāto nos, qui barbari vocamur,
rectius vobis de bonis viris lētiāmus. Si quidē iū
Argo atq; Mycenis ne sepulchrū quidē vllū insi
gne videre est Orestis ac Pyladis, apud nos vero
& tēplū ostēditur, abobus illis cōmuniter sacrum
(ita vt par erat amicis) & hostias offeruntur, reli
quusq; oīs honos. Porro q̄ hospites frāt, nō Scy
tha, id vero nihil obstat, quo minus boni viri iudi

cetur, neq; enim perpendimus cuiates sint viri honesti ac probi, neq; inuidemus, si cū amici nō fuerint, res egregias gesserint. Quin magis admirātes ea quæ patrārūt, ab ipsis factis domesticos ac nostras res illos ducimus. Quid aut̄ potissimum stupētes in illis viris esterimus, illud est, q̄ nobis vīsi sūt amici inter se sēlōge optimi extitisse, atque aliis exēplo fuisse, quasiq; legē statuisse, quēadmodū oporebat amicos oēm iter se cōmunicare fortunā. Simus q; promeruisse, vt à Scythis, qui in amicitiae laude primastenerēt, coletētur. Itaq; quæcūq; alter cū altero, vel alter pro altero tulit, ea maiores nostri de scriptā in colūna ærea reposuerūt in tēplo Orestis: ac leges statuerūt, vt ea colūna prima esset institutio disciplināq; liberis suis, si meminisset, quæ in illa esset adscripta. Itaq; penē patris quisq; sui nomē citius obliuisceretur, quā res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu tēpli eadē quæcūq; in colūna portātur, priscorū picturis adūbrata visūtur. Nēpe Orestes vñā cū amico nauis * Kataq; gās, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorū nās, χετas, ue cōprehēsus, & ad victimā adōtnatus, iāq; Iphīs initiat, Iphigenia* initiat eos. Ex aduerso vero in altero parie crificat, re idē iā vinculis exutus depictus est, ac Thoantē Thoas ty occidēs, multosq; ex Scythis alios. Postremo sols rannus, pentes, abducta Iphigenia ac dea. Porro Scythæ Iphiges frustra scaphā adoriūtur iā nantē, hærétes guber-nia Dias paculis, ac cōscēdere conantes. Deinde re frustra nāe sacer-tētata, alii quidē ex eis Laucii, alii vero ciūs reime dos, ac eu cōpulsi, natatu semet i solū recipiūt, ubi vel ma Orestis xime licet perspicere; quātā alter in alterū bene soror.

D. BRAS. INTERPRETE.

Volentiā p̄stiterit in cōflictu cū Scythis . Fecit
caim pictor vtrq; de hostib⁹ in semet ruētib⁹ so-
curū, propellētē aut̄ eos qui in alterū ferūt̄ur, ac
pr̄ illo iaculis occurrere conant̄, pro nihilōq; du-
cēt̄, si intereat ipse, mō seruet amicū, vel suo ipsi⁹
corpe pr̄ueniēs, excipiēsq; ictus in illū intētos. Iā
vero tā illorū benevolētiā, atq; i rebus tristibus
cōmunionē, fidē, hūanitatē, veritatē, deniq; cōstan-
tiā alterius in alterū amoris, h̄ec haud quaquā hūa-
na putauimus esse, verū animi cuiusdā p̄st̄ioris
quā pro morē vulgariū istorū mortaliū, qui donec
secūdis vētis nauigatur, amicis indignatur, nīl ex
æquo participes fiāt rerū lētarū, qđ si vel paululū
eis vēti reflare coepirint, aufugiūt, solos in pericu-
lis deserētes.

**Quanti-
fiatamicis-
tia apud
Scythes.** Enimuero vt & illud noueris, nihil
amicitia melius arbitrātur Scythæ, neq; est in quo
Scytha magis gloriatur, quā in adiutādis amicis, cō-
municādisq; rebus acerbis: quēadmodū neq; pros-
brū apud nos maius vllū, quā amicitiae desertorē
videri. Has ob res Orestē ac Pyladē veneramur,
quod p̄st̄ates extirerint in Scytha virtutibus,
atq; in amicitia pr̄cellētes, id quod nos oīum ma-
xime admiramur. Appellationē quoq; ex his illorū

Orestes factis imposuimus, vt Coraci vocētur, quod quidē
& **Pylas** nostra in lingua perinde sonat, ac si quis dicat: di-
des amici amicitiae pr̄clides. M. Hui Toxaris, profecto nō ar-
tis p̄fis cu mō valuerūt Scytha, bellicisq; in rebus cæteris
des ac vc antecelluerūt, verū vidētur & ad orandū persuadē-
lut corys dūq; oīum aptissimi, vnde mihi quū dudū sēcūs vi-
phai. deretur, nūc eidē merito fecisse videmini, q; sic Ore-
stes ac Pyladē in deorū numerū retuleritis. Verū il-

LUCIANI TOXARIS

Iud me fogerat vir opt. q̄ pictor quoq; bon⁹ effes.
 Admodū enim euidēter ostēdisti nobis, quæ sunt i
 Oretis tēplo, picturas, pugnāq; virorū, alteritq; p
 altero suscepta vulnera, Tametsi nō poterā amici
 tiā vſq; adeo cultā fuisse quōdā apud Scythes, ma-
 gis aut̄ q̄ barbari effēt, atq; agrestes, similitate qdē
 ira, rabiēq; perpetuō cōmitti: amicitiā vero, ne i fa-
 miliariss. quidē exercere solitos: idq; conūciēs quū
 ex aliis quæ de illis audim⁹, tū ex hoc quod proge-
 nitores suos vita defūctos devorāt. T. An nos Græ-
 cis quū aliis i reb⁹, tū in his quæ ad parētū attinēt,
 cultū, sanctiores, magisq; pii sim⁹ i præfētiarū haud
 quaquā cōtēderim. Quod aut̄ nostrates amici lōge
 fideliores sint amicis Græcis: quōdq; amicitiæ ra-
 tio maior apud nos, quā apud vos, haud difficile fue-
 rit docere. Ac per deos Græcorū, ne tibi molestū
 sit audire, si quæ perspexi, dixero, multū iā tēporis
 apud vos veritatibus vos etiā mihi videmini præcla-
 rius cæteris de amicitia verba posse facere, vim
 vero factāq; illius, adeo nō solū pro sermoñū diz-
 gnitate nō exercere, vt sat vobis sit prædicare eā,
 & quātū sit bonū, ostēdere. At vbi vſu venit, defiz faciūt, eā
 ciōtes à sermonibus, nescio quō, ē medio negocio autem re-
 asfugitis. Cæterū quū Tragoedi i scānā progressi, præstare
 istiutnōi amicitias vobis repræsētar, pleriq; lauda, nō noue-
 tis atq; applauditis, ac pro se mutuo periclitatib⁹, runt.
 illis illachrymatis, ipsi vero nibil dignū laude pro Magnis
 amicitia præstare audetis. Quin si qn̄ forte accidat, cētia ver
 vt egeat amic⁹, ibi protinus nō sec⁹ atq; insōnia, borū non
 procul aquilāces euangēscūt vobis multæ illæ tragœ æstimāda
 dīz, vñsq; similes reliquūt in apib⁹ iſtis, ac mutis amicitia,

Amicitia¹
 à Scythis
 alioqui
 barbaria
 culta.

Græci
 de amicitia
 verba
 cētia
 Magnis

D.E R A S. I N T E R P R E T E.

personis, quæ diducto rictu, atq; immane hiæco, nemini inquit quidem loquuntur. At nos ediuerso, quo sumus i dicendo de amicitia posteriores, hoc i præstas, da ea præcedimus. Quare si videtur, ita in præfetiatur agamus, priscos illos amicos valere sinamus, si quos vel nos, vel vos ex his, qui olim fuere, recensere valemus, quando ista quidem parte vos nimis superaueritis, cöpluribus ac granibus adductis te a

Ironia. stibus, népe Poetis, qui Achillis & Patrocli amicis. Etenim tria, tū Thesei Peccatoq; neq; nō aliorū necessitu. Poetis de dinē, pulcherrimis versibus carminibúsq; cōtexue. trahiturs rūt. Quin paucos quosdā in mediu adferamus ex. des, quodd̄ his, qui nostra ipsorū memoria fuerit, atq; eorū res. noi suo gestas exponamus: Ego quidem Scythicas, tu vero respóde s Græcanicas. Et in his vter suparit, melioraq; pro. ant, hoc ē duxerit amicorū exēpla, is & vīctor esto, ac sūa ip. singant. sius vītoriā promulgato, rāquā qui pulcherrimū.

honestissimūm̄q; certamē decertarit: adeo ut egas quidem nō paulo malum mihi i singulari vīcto cens. Victorū tamē dextrā apud (nā ea est apud Seythas vī. apud Scy tho pœna) quā in amicitia quopiam inferior iudicari, chas pœz præsentim Græco, ipse Scytha quā sim. MNES. pa. Quāquā est haud mediocris negotii, cū viro, ita ut tu es, bellatore, singulari certamē cōgredi, tū ad. modū instruēto missilib⁹ ac penetrabilib⁹ narratio nibus, haud tamē +sq; adeo ignauiter, tā cito vītū. uerā dēserēs Græcia, tibi cessero. Etenim vehemē ger absurdū fuerit, quū duo illi tantū vicerint Scyz. zharū, quantū fuisse declarat tū fabulæ, tū vetustæ vestræ picturæ, quas pauloātē scite admodū res. præstabas, Græcos oēis, tot nationes, tot ciuitates.

tes, nullo defēdēte vinci abs te. Nā istuc si fiat, nō
 dextrā, quē admodum apud vos solet, sed linguam
 execari cōueniat. Sed vtrū spectare nos oportet,
 numerū ne eorum, quæ amice quis gesserit, au ma-
 gis quo plures alteruter amicos referre poterit,
 hoc victoria dignior videbitur. TOXA. Ne quis
 quā, imo nō multitudinevis horū spectetur, verū si
 quæ tu narrabis facta, his, quæ narrabo, videātur
 p̄fētātiora, maḡisq; penetrātia, tū nimirū etiam si
 nūero paria sint opportuniora, maḡisq; letalia
 mihi faciēt vulnera: Ac penē memet ad ictus ac
 commodabo. MNES. Probe loqueris. Statuamus
 igitur quot erūt fatis. TOXA. Mihi quidē satis fo-
 revidetur, si vterq; quinq; narret exēpla. MNES.
 Icidē mihi videtur, ac prior dico, verū adiuratus,
 nimirū nō nisi vera dicturū. alioqui fingere eiusmo-
 di nō admodū fuerit difficile, palām aut refelli nō
 queat. Porro si urarīs, metas sic nō habere fidē. TO-
 XA. Iurabimus, c̄ quid etiā iureiurādo opus esse cē-
 ses. MNES. At quis tibi ē diis nostratibus, nū satif-
 faciat Iupiter Philius? TOXA. Et maxime. Ego Iupiter
 quoq; tibinostratē iurabo, me apte ī līguā. MNES. Philius as-
 Testis igitur esto Iupiter Philius, quæcūq; dictus micitiz-
 rus sum apud te, ea nimirū vel quæ viderim ipse, pr̄fes.
 vel quæ ab aliis, quoad fieri potuit, diligentissime
 perceperim, narraturū, nihil ex meis cōminiscē-
 tē, alleuantēq;. Ac primo quidē loco, Agathoclis Agathocles &
 Diniæq; amicitiā referā, quæ apud Ionas est cele-
 bratissima. Nā Agathocles hic, qui Samius fuit, nō Dinius,
 ita pridē vixit, vir in amicitia quidē pr̄cipuus, ita
 ut re declarauit, cæterū reliquis in rebus vulgo Sa-

D. ERAS. INTERPRETE.

majorū nihilo præstantior, neq; genere, neq; catērisitē opibus. Huic cū Dinia Ephesio, Lysionis filio amicitia à puero intercesserat. Porrò Dinius supra modū ditatus ē, & quēadmodū solēt ii, qui nuper opes nocti sūt, cōplures & alios secū habebat, satis quidē idoneos illos, & ad cōpotādū, & ad voluptatiā cōsuetudinē, ab amicitia vero lōge alienissimes Atq; interī habebatur Agathocles, cōvīuebātq; & cōpotabat illis, nō admodū approbās eā viuēdi rationē. Dinius aut̄ nihilo hūc potiore habebat, quā catteros adulatores. Tādē etiā offēdere cōepit, crebri obiurgās, molestusq; videbatur, quippe qui ad moneret cū maiorū, p̄t̄cipērētq; vt seruaret, quā multo labore parta, pater illi reliquisset, adeo vt ob hæc ne ad comedationes quidē illū deinceps ad hiberet, sed solus cū illis comedaretur, celare cuius piēs Agathoclē. Demū ab assentatoribus illis misero perluasū ē, quod adamaretur à Chariclae Deo monaētis vxore, viri illustris, atq; inter Ephesios in honoribus ciuilibus primarii. Nā & literulæ à muliere ad illū vētitabāt, & ferta semimarcida & mala quædā admorsa: deniq; quicquid ad hæc lenæ maschinātur in adolescētes, quo paulatim illis amore artibus quibusdā inserat primūq; hac incēdat opinione, quod sese credat amari. Nā plurimū illicit & hoc, præsertim eos, qui sibi formosi vidētur, donec īprudētes in cassis incident. Erat aut̄ Chariclae (si diispla urbana quidē & elegās muliercula, at supra modū cet) à me meretricia, sēpērq; illis, quicūq; forte adiūsset, etiā tetricibus si quis admodum leuiter cōcupiūsset, quin si vel a spexissēs duntaxat, protinus adnuebat, nec ullo pa-

Prīmā in amore labes, existimare se (si diispla urbana quidē & elegās muliercula, at supra modū cet) à me meretricia, sēpērq; illis, quicūq; forte adiūsset, etiā tetricibus si quis admodum leuiter cōcupiūsset, quin si vel a spexissēs duntaxat, protinus adnuebat, nec ullo pa-

LVCIANI T'OXARIS

9

Quo metuendū erat, ne quādō recularet Chariclae
admirabilis autē alioqui artifex, quauisq; meretrice
doctior allucere amatorē, & abiguus quū adhuc es-
set, totū subigere: at quū iā teneretur, incitare, ac **Obserua-**
magia magisq; accēdere, nūc ira, nūc blādimentis: **meretrix**
ac mox fastidio: deinde iniecta supicie, quasi ad as techos,
aliū sese deflexura esset: postremo omni ex parte **nās,**
egregie docta erat mulier, & absoluta, artibusq; &
mnigenis in amātes instructa. Hāc igitur tū Dini
adulatorēs accessuerāt in adolescētulū: multāq;
ad simulabāt, quo cū in amore Chariclae impelle-
rēt. Illa porro quāc cōplureis iā adolescētes iugula-
rat, & innumerabiles amores fuerat mētita, domos
q; opulētas euerterat: variū quoddā, atq; in expu-
gnabile malū: vbi nacta manibus ē simplicē, & hu-
iustmodi artiū imperitū adolescētulū, haud quaquā
amittebat ex vnguis: vndiq; oppugnās, tētāsq;
Vbi iā oīm esset cōpos, tū ipsa dū captat, capta pe-
rit, tum infelici Dini: innumerabiliū malorū exti-
tit cā. Nā primū quidē statim literulas illa ad illū
dat, ac sub ide missitat ancillulā, qaz renūciaret vt
ficeret, vt vigilaret, postremo vt misera p̄ amore
suffocatura cēt sese. Donec iā beat⁹ ille persuasus
vibiformosus esse videretur: atq; Ephesiorū vxo-
ribus prater cæteros adamabilis. Ac tandem in cō-
greflum adductus ē multis p̄æcibus exoratus. Et
ex eo quidē tpe facilis iā erat cōiectura, fore vt ca-
peretur à muliere formosa: ad voluptatē cōgredi-
docta: & i loco ftere, & iter loquēdū miserabiliter
suspirare: & iā abeūtē ap̄lesti: & adeūti obuiā oē-
currere: & formā colere: sic ut placitura cēt: iterdū
vel voce, vel cithara canere, quibus in Diniā vī-

D. ERAS. INTERPRETE.

est. At ubi sensit excruciaris, iāq; amore illaqueatus, ac subiugū esse factū: aliud ad hæc ex cogitat, quo miserū subuertat: grauidā sc̄e ex eo simulat (nā hoc quoq; efficax ad magis ac magis inflāmandū stuleū amātē). Neq; postea cōmeabat ad illū, affirmans à viro obseruari sese qui iā amorē persēfisset. Hic vē vero rē iā nō vltra ferre potis erat: neq; durare qui bat, quū illā nō aspiceret: sed lachrymabatur, adulatoresq; ad sese accersebat, ac Chariclæ nomen inclamabat: imaginēq; illius āplexus (candido enī lapide fecerat) euulabat. Demū in solū abūciēs sese iactabatur: planēq; res extremae demētiæ specie ab tinebat. Siquidē munera reddita sunt mulieri non Corollæ pro malorū aut corollarū præcio: sed solidæ dos ē floribus mus, agri, famulæ, vestes florulætæ, auri quātū optaret. Quid multa: Breui Lysiōis domus antea inter Iones nobilissima, exhausta ē, atq; exināita. Dein de ubi iā exuccus effet: eo relicto, aliū quēpiā adoleſcētulū Cretēsē, bene nūmatū venata ē, atq; ad illū desciuit. Iā videlicet illū adamabat: atq; is qui dē credebat, Itaq; dinias neglect⁹ nō à Chariclæ tmō, verūtiā ab assentatoribus (nam isti quoq; ad Cretensē amatorē iā desciuerant) abit ad Agatos clē, iampridē non insciū, quā illi res misere habērent. Ac pudescens quidē initio, tamē exposuit omnia amorē, egestatē, arrogantiā mulieris, rivalē Cretensem, in summa non victurū sese, nisi cū Charichlea cōsuetudinē haberet. Ille vero intēpestiū es se ratus id tēporis reprobrare Diniæ, quapropter ex amicis vnū sese non admissiēt, sed cum quidē assentatores suos sibi anteposuissent: dinēdita, quā

vñā habebat in Samo, domo paterna, præcium illi attulit talēta tria, Quæ simulatq; recepisset Dinius haud clām erat chariclae: rursus subitò formosus factus; rursus acilla & literula, & expostulatio, quod iā diu sese nō adisset: cōcurrerunt item adulatores applaudentes, vt viderunt Dinius adhuc esse quod daret. Cū autē pollicitus esset sese venturū ad illā venissētq; primo ferè somno, essētq; intus Demos nax Chariclae maritus: siue quod alioqui persens serat: siue de cōposito, proditioneq; vxoris (nam vtrūq; fertur) exiliis velut ex insidiis, & atriu iubet occudere, & Diniā comprehendit, ignem ac flagram initans: nec nō gladiū tanquā in mochum educens. Ille porro reputans quibus in malis esset: vēcte quopia de proximo, vt iacebat, arrepto, tū ipse sum occidit Demonactē, in tēpus adiges: tū Chariclam: atq; hanc quidem non ietu vno, verum etiā & veste saepius, & postea Demonactis gladio ferens. At famuli interea muti stabant, rei nouitatem agniti. Deinde cōprehendere conati, quum in hos quoq; ferro insuliret, ipsi quidē aufugerunt, Dinius autē clām sese subduxit, tanto patrato facinore. Eē ad aurorā usq; apud Agathoclem diuersabatur: patriterq; & quæ facta esent reputabant, & quid in posterum esset cōceptum, considerabant. Ut autem diluxit, mihi te saderant, (iam enim res erat diuulgata) cōprehensumq; Diniam, nec hunc iam infici antem homicidium adducunt ad præfectum, qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eū ad Periarum regem remittit. Nec ita multo post relegatus est Dinius in Giaron insulā ex Cycladibus vñā

D. ERAS. INTERPRETE

dānatus a rege, ut ī ea, q̄qoadviueret exularet. Agathocles autē cū reliquis in rebus nunquā abfuerat tū pariter soluit in Italiā, & amicorū vna ē in iudicium cōitatus, neq; vsquā defūt osticio. Porrō vbi iā in exiliū profectus est Diniās, ne tū quidē defertus est ab amico. Quin potius ipse suapte spōte damnatus versabatur in Giaro, simulq; cū illo exulē agebat. At quū iam rerum necessariarum omnium

Inter vris inopia laborarent, locans seipsum purpurarii, vna cum aliis vrinabat, quōdq; hinc partum est referens sunt p̄s Didiām alebat. Quin & egrotanti diutissime infē purarii, uiuit, & vbi vita defunctus est, noluit vñquā in pa-
q̄os grā triam reuerti, verum inibi perseveravit in insula, p̄s
ci porphy dōri sibi fore ratus, si vel mortuum amicum deser-
reis appell esset. Hoc tibi Græci factū amici retulerim, quod
lant. quidē non ita pridē accidit, haud enim scio an an-
Sunt ves nī quinq; præterierint, quod Agathocles in Giaro
ro vrinas mortem obiit. T O X A. At vtinam iniuratus ista
tores, qui Mnesippe dixisse, videlicet quo mihi fas esset, eis
à grecis non habere fidem, Adeo Scythicum quendā amis-
ugud poi cū Agathoclē istum descripsisti, quin vereor ne quē
noī u. & alium isti similem narres. M N E S. Audi iam &
tat dicū: alium Toxari, Euthydicum Chalcidensem. Reti-
tore sub Aiebat enim nauigauisse sese ex Italia Athenas, cir-
aquatiles citer Pleiadum occasum, collectios quosdā hoīes
dici posse vehentē, in his fuisse Euthydicum, vñaq; cū hoc Da-
sunt. monē Chalcidensem eiusdem amicū. At natu quis
de eos à quales fuisse, verū Euthydicū valentē, robu-
aut est in stūq; Damonē cōtra suppallidū atq; valetudinariū

quasi qui nuper (ut apparebat ex diuturno mōrbo) caput des
 revaluerisset Itaq; ad Siciliā vñq; feliciter aiebat Simū voluimē
 lus nauigasse iplos. Cæterū vbi transmissio fretos ḡique, qđ
 in ipso iā Ionio mari nauigarent, tempestatē maxi faciūt pue
 mam eis incubuisse. Quid autē attinet multa resterū purarū
 re: immaneis quādā procellas ac sinuosas, tū grātī purpurā
 dines, & si quæ alia tempestatis mala? Ut vērō iā conquirē
 haud procul abescent à Zacynthio * nudā nauigātes in ma
 tes antēna: praterea & funes quosdam trahētēs; ri. Bud.
 quo nimirū vim, impetūmq; Hūdūs exciperent: cīt * velis
 cītē noctis mediū. Damone, qui in tanta iactatiō spoliata
 ne nauigaret, vñtūvisse in mare propēdētē. Deinde
 vt cōnicio, nauē vehementius in eā partē, inquā ille Euthydī
 propendebat, inclinata, simūlq; propellente fluctu cūs & Da
 excidisse eū prono capite in pelagus: neq; nūdūdū mon.
 tamē, videkēt vt misero vel natare cōmodē li
 ceret. Mox itaq; suclamasse quū p̄focare ē vixq;
 sefē ab undis sustolleret, Porro Euthydīcū simulat
 q; adīsset (nā forte fortuna nudus in strato tū erat)
 abiecisse semet in mare: arreptōq; Damone, qui iā
 deficiebat (diutius enī m ista yideri poterat, luna
 scilicet relucente) vñā iuxta illū nasse; ac subleuaf
 se. Ac voluisse quidē illis opitulari sefē miseratos
 virorū calamitatē, verū nequisse quod vēto praua
 lido raperentur. Illud tamen fecisse, subera cōpla
 ra ad illos proieciisse, tū ex cōtis aliquot vt ab his
 suspensi natarent, si quē forte ex eis nancisterētū
 postremo scāsoria quoq; tabulata, quæ quidē erat
 nevitiquā exigua. Cogita iā per deos, quod aliud
 graui9bñuolētīæ documētū quisquā sedere queat

D. ERAS. INTERPRETE

in hominem amicum, qui noctu decidisset in mare
vsque adeo fxiens, quam communicata morte? Ia-
q; adeo mibi ante oculos pone imminetes procel-
las, fragore aquæ fese adglomeratis spumâ vndiq;
effructescem, noctem, ac desperationem. Ad hæc
illu iam præfocari incipientem, vixq; vndis extan-
tem, manusq; iporrigente amico: hunc autem incon-
tanter insilientem, simulq; nantem, prorsusq; solli-
citum, ne se prior Damon interiret. Sic enim pros-
fecto cognosces, quod haud ingenerosu hunc quo-
q; amicum, videlicet Euthidicu, retulerim. T.O.
Vtrum perierunt viri Mnesippe, an salus quæpiam
ex insperato illis contigit? Adeo ego illis non me
diocriter timui. M.Bono animo es Toxaris, serua-
ti sunt, quin hodièq; Athenis agunt, ambo philoso-
phiæ dantes operam. Nam Simylus ea demu narrare
poterat, quæ noctu videre licuit, hunc de lapsu,
illum desiliente, simulq; nantes, quatenus per nos
etem dabatur aspicere. Porro quæ post hæc accide-
rint, Euthydicus ipsæ narrat, Primum quidem, subera
quædam forte nactos, suspendisse de his fese, atq;
ita herætes fluitasse, sanè quam incòmodè. Deinde
vbi tabulata cōspexissent, iā sub aurorâ annaffe, cō-
scensisq; illis commode, deinde nantes appulisse
Zacynthū. Post hos autem, qui neutiquâ mali sunt,
ut ego quidem autumo, accipe iā tertiu, nihil istis in-
feriore. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio
& Charixeno Sicyonio, amicis vtebatur, & ius qui-
dè opulentis, quū ipse pauperrimus esset. Hic vita
decedens, testamentu reliquit, alius quidem fortasse
deridiculum, tibi vero, haud scio, an tale sit appa-

Eudamis
das, areta-
us, & char-
ixenus.

riturū, viro probō, & apud quē amicitia in precio
sit, quīq; vel cum præcipuis in ea certare queas.
Sic enim in eo scriptum erat: Lego Aretæo quis
dem matrē meam alendā, atq; in sehetā fouēdā:
Charixeno vero filiā meā elocandā cū dote, quā
ta ab illo maxima dari poterit. Erat autē illi mater
anus, ac filiola iam matura nuptiis. Si quid autem
interim acciderit alterutri huius quoq; partē (in
quit) alter habeto. Huiusmodi lecto testamento, iū
qui tenuitatē quidē Eudamidæ nouerāt: at amici
tiā, quæ illi cū his viris intercesserat, ignorabāt, rem
pro ludo iocōq; ducebāt. Nemo certe aderat, qui
non cū risu discederet, quod eiusmodi hæreditatē
Aretæus & Charixenus essent accepturi, felices vi
delicet, atq; ita aiebāt: Si quidē persoluēt Eudamidæ,
superstites etiā ipsi hæreditatē tradēt mortuo.
At hæredes, quibus ista erāt legata, vt audierūt, ve
nerūt illico, agnoscentes rataq; faciētes ea, quæ
erāt testamēto mādata. Itaq; Charixen⁹ quinq; dū
taxat dies sup̄stes, diē obiit. Aretæus aut̄ optimus
successor fact⁹, tū illius, tū suo ipſius suscep̄to one
re, & matrē alit Eudamidæ, & filiā nō ita pridē elo
cauit, ex quinq; talētis quæ possidebat, duobus in
propriæ filiæ dorē, duobus in amici filiā erogatis:
Ac nuptias ambarū eodē die fieri voluit. Quid tū
bi Toxaris, Aretæus iste videtur, nūnā leue amici
tiæ argumētū exhibuisse, adita huiusmodi hæredi
tate, neq; deserto amici sui testamēto: an hūc quo
q; in perfectis idoneisq; calculis ponimus, vt sic
vnus ē quinq; T. Et iste quidē egregius, quāquām
equidē Eudamidā multo magis ob fidutiā admira

D. ERAS. INTERPRETE.

tus sum,qua fuit erga amicos: declarauit enim, qđ
& ipse eadē suisset facturus erga illos, tametsi nō
essent ea scripta in testamento, verū ante alios ve-
nisset non scriptus talium hæres. M. Probe dicas.

Zenos
themis &
Menecra
ces.

Sed quartū iam tibi narrabo: Zenothemis Char-
moleum, Massilia oriudū. Commonstrabatur autē
mihi in Italia, patriæ nomine legatum agenti, vir
decorus, procerus, ac diues, ut apparebat. Absides
bat illi uxor in rheda iter facienti, quū alioqui des-
formis, tum dimidia nempe dextra corporis parte
manca, alteroq; capta oculo, teterimū quoddam
& refugiendū terriculū. Deinde quū demirarer, si
decorus ille quū esset, ac venustus, sustineret ciu-
modi mulierē sibi adiunctā: is qui mihi cum com-
monstrabat, causam exponit, quare in id matrimo-
niū iucidisset, nouerat enim cōperte omnia, nam
ipse quoq; Massiliensis erat. Menecrati (inquit) hu-
ius foedā patri, amicus erat Zenothemis, viro di-
viti ac honorato, ipse iisdē rebus par. Deinde aliz
quanto post, facultatibus exutus est ex condēna-
tione Menecrates, quo tēpore pariter infamis, &
ad capessendos magistratus inidoneus est iudicas-

Sexcentū
viri.

Quo pas-
to mul-
etātur cor
rupti iudi-
ces apud
Massilien-

tus à sexcentū viris, tanquā qui sententiā iniquam
viri. pronunciasset. Ad hūc autē modū, inquit, nos Ma-
silienses multamus, si quis corrupte iudicet. Gra-
uer itaq; serebat Menecrates: primū, quod esset
condēnatus: deinde, qđ è diuite pauper: postremo,
quod ex nobili repente factus esset infamis, ac
reiektius. At præter cætera eū ipsa discruciatat si
lia iā nubilis, utpote annos nata decē & octo, quā
ne cū omni quidē patris substantia, quā ante cons-

demnationē possederat, dignatus fuisset quisquā in
 genu⁹ ac pauper facile accipere; quæ tā infelici fue-
 rit forma. Quin & cōcidere dicebatur, idq; circa Concidūt
 lunā crescētē. Hæc vbi apud Zenothemim deplorabili,
 raret, bono, inquit, aio es Menecrates, Neq; enim morbo ca-
 ipse egebis necessariis, & filia tua dignū aliquē suo duco tor-
 genere sponsū inuenierit. Atq; hæc eloquutus, itas quētur.
 tim apprehensa illius dextra, deduxit domū. Ibīq;
 opes, quæ illi maliæ erat, partit⁹ est cū illo. ac cœ-
 na parari iussa, cōiuio accepit amicos, & i his Me-
 necratē, veluti iā ē necessariis cuipiā p̄suauisset, vt
 puellā in matrimoniu acciperet. Posteaquā autem
 cōiuuiū peregerat, libassentq; diis, tū vero plenum
 illi calicē porrigenſ: accipe, inquit, Menecrates, à
 genero symbolū affinitatis poculū, nā hodie ductu-
 rus sum ego filiā tuam Cydimachā, dñe autem iā
 olim accepi, talenta quinq; & viginti. Illo vero re-
 spondente, absit ne feceris, ò Zenothemis, néue
 ipse v̄sq; adeo insaniā, vt te neglectū, qui & iuves-
 tis es, & formosus, cōspiciā cum deformi puella,
 ac debilitata cōiugatū. Hæc, inquā, illo loquente,
 hic sponsam adiunctā tollens, abduxit in thalamū:
 ac paulo post prodit, ea deuirginata, atq; ex eo tē-
 pore cum illa viruit, supra modū diligens, & quemq;
 admodum vides, circūferens eam. Et nō solū noa-
 pulet matrimonii, verum etiā perinde atq; gloriās
 de eo, sic ostētat, propterea quod negligit corporis
 formā ac fidelitatē, ad hæc opes & famā, tantū
 amici rationē habet Menecratēs, neq; arbitratur
 eum sexcentū virū sententia deteriorem esse fa-
 ctum, quantum ad necessitudinē. Quanquam pro-

D. ERAS. INTERPRETE.

bis iam illi gratiā retulit fortuna, ad hūc modū.
Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissi-
ma suscep̄tus est. Neq; diu est, quod tollens hunc

Pulla ves- natū, ac pullis amictū, quo plus miserationis auo-
stis atra & lugur- cōciliaret. At infans arridebat iudicibus, manibus
bris. cōplodebat. Itaque curia cōmota super illo, remis-
sit multā Menecrati, atq; ille iā rei, famēq; restis

tutus est, eiusmodi patrono v̄sus apud iudices.
Hēc affirmabat Massiliensis Zenothenim amici
gratia fecisse, haud mediocria, sicuti vides, neque
qua lia paffim Scythæ factitat, qui cōcubinas formo-
sissimas sumā cura deligere dicūtur. Restat nobis
quintus. Neq; vero mihi videor aliū quēpiā de-

Demetrii- bere dicere, Demetrio Suniesi pr̄terito. Nauigas-
us & Ans- rat in Aegyptū Demetrius, vñ à cū Antiphilo Alo-
tiphilus. pecensi, qui cum illi iā inde à teneris annis fuerat

amicitia, atq; ephebus ephebo cōuixerat, pariterq;
fuerat eruditus, ipse quidem Cynicā disciplinā ses-
quaxus, sub Rhodio illo sophista, Antiphilus vero
medendi sciētiā exercuerat. At hoc tēporis forte

profectus fuerat in Aegyptū, ad spectaculū Pyra-
midū, Memnonisq; Nā audierat illas, quā effēt
sublimes, vmbra nō * iacere: Memnonē autē vocē
ædere, ex oriente sole. Harū igitur rerū cupiditate


adductus Demetrius. videlicet vt Pyramidas ins-
tueretur, ac Memnonē audiret: sextū iam mensē
aduerso Nilo nauigabat, relicto Antiphilo, quod-

is itinere atq; æstu defessus cēt. Huic autē iterea ca-
lamitas īcidit, quæ singularē quēpiā amicū postula-
ret. Nā puer eius vt nomine, ita & patria Syrus, ini-

*exibere,
è græco.

Syri nati
seruitoti.

ta societate cū sacrilegis aliquot, vñā cum illis in
 Anubis templū irrupt: sublatōq; deo, ad hoc phia Phiala, ge
 lis aureis duabus, tū caduceo aureo & hot, neq; nō nus valis.
 cynocephalis argenteis, atq; id genus aliis: omnia Quædā
 apud Syrū deposuerat. Deinde forte cōprehensi, vasa ad ca
 (capti enim fuerat, diuidentes nescio quid) rem mini capis
 omnem protinus confessi sunt: destrikti in rotas, de tis simili-
 portatiq; venerūt in ædes Antiphili, ibi res fureo tudinē fa
 sublatas depromebant, sub lectica quadam in abdi brefacta,
 to cōditas, Syrus itaq; illico vincitū: vñāq; heros his cyno-
 huius Antiphilus: atq; is quidem interea dum præ cephalis
 ceptorē audit, avulsus. Nec opitulabatur quispiam: designare
 quin magis hi qui fuerat haec tenus amici, auersaban videtur:
 tur hominē tanquam qui tēplū Anubis sacrilegio quibusita
 compilasset: se sèq; impiori credebant, si cū illo bis effigiatis,
 bis sent, aut edissent. Porrò duo qui reliqui erant gaudebat
 pueri, quicquid erat in domo, contusantes, fuga di Anubis
 scelerunt. In vinculis igitur erat miser Antiphilus deus, nisi
 multum iam temporis: habitus interim omnium, mirū & ip
 quantum in carcere erat, sōtiū scelestissimus. Por se canin,
 rō præfectus carceris aegyptius, homo superstitionis Sunt &
 sus, ratus sese gratum facere deo, atq; illius vlcisci Κυνοεφε
 vices grauis Antiphilo imminebat. Quod si quan: λο, homis
 do defenderet, affirmans se nihil eiusmodi, patras nes canis
 se, impudens habebatur: atq; hoc nomine multo nis capit
 etiam magis erat inuisus. Subegrotabat itaq; iam, bus mon
 malēq; hahebat: nec mirū: quippe qui humi cubas strofi:
 ret, idq; etiā noctu: néq; crura sinere& protēdere, quales ar
 ligno iclusa: nā per diē catastha stringebatur, altera genteos
 manu vincita ferro: at noctu cogebatur totus i vin fuisse i tē
 culis esse. Ad hec isuper domiciliū pædor ac præfō plo Anu-



D. BRAS. INTERPRETE.

bis fatēns catio, multis ibidē vinctis, locūq; angustū premēs
dū est, si tib⁹ adeo vix respirarēt: tu ferri stridor, ac som
de his loz nos exiguus, Hec omnia molesta erant, atq; intos
quietur Lu leranda: nimirū homini eiusmodi rerū insueto, mis
cianus. nimēq; ad tā durū vitæ genū exercitato, Quā ve
ro iā deficeret, ac ne cibū quidē capere posset: res
uērs⁹ est tādē & Demetri⁹, nihil dā sciēs eorū quæ
acciderat. Ut autē cognouerat quo i loco res esset,
statimq; curriculo ad carcerē venisset: tu quidē ad
missus nō est: propterea q; vespера iā esset: & cara
ceris custos iā dudū ocluisis toribus dormiebat,
ministris excubias agere iussis, At mane quā esset
ingressus, multis videlicet precibus admissus, acce
dēs multo tēpore querebat Antiphilū: quippe ma
lorū multitudine sic immutatū, vt agnosci nō quis
ret. Circumiēs igitur, ē vinctis vñūquēq; contēpla
batur: eorū more qui familiarū cadavera iā marci
da facta, requirūt in stragibus. Quod ni nomē iussi
set eloquetus, Antiphilū Denomenis filiū: ne lōs
go quidē tēpore potuisset agnosci quisnā esset, vñq;
adeo præ malis erat trāfiguratus. Ut vero ad vos
cem agnitā respondisset, atq; adeūte illo comā di
duxisset: eā à vultu abigens sordidā atq; impexā,
ostēdit se se quis esset, Hic abo. collapsi sunt, oculis
oborta caligine, in tā inopinato spectaculo. Verū
aliquanto post, posteaquā & ipse sibi redditus, &
Antiphilū recipiēs Demetrius, de singulis esset il
lum diligenter percontatus, bono animo esse ius
bet. Tum dissec̄to pallio, dimidiato quidē induis
tur ipse: reliquū autē illi donat: detractis illi putri
bus atq; detritis, quibus erat opertus panniculis,

Atq; ex eo die modis omnibus illi aderat: curam eius egens, inserviensq;. Locans enim sese iis, qui versabatur in portu mercatoribus, à mane ad meidiū usq; diem, oneribus gestandis non parū lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manū dabat, quo illi manuetū hunc, ac pacatū redderet. De reliquo autem, in amici curam astutim suppeditabat. Atq; interdiu quidē aderat Antiphilo, quo illū consolarerur: vbi vero nox occupasset, pro carceris foribus factō ex herbis thorulo, substratisq; frondibus, acquiescebat. Et in hūc quidem modum aliquādū degebant: vt Demetrius nullo vetante ingredieretur, atq; ob id mitius ferret calamitatem Antiphilus: donec extincto in carcere latrone quopiā: idq; vt putabatur veneno, & custodiz exactissime obseruatæ: neque deinde quisquam admissus in domicilium vinculis liber. Quas ob res dubius atq; áxius, quū alia via nō pateret, qua liceret amico adesse: adito præfecti collega, seipsum desert, tāquā in irruptione templi Anubis cōunem operā addidisset. Id simulatq; cōfessus est: abductus est illico in carcerem, ac ductus ad Antiphilū. Nam hoc magnis precibus vix obtinuerat à carcerario, vt proxime Antiphilo, atq; eadem in trabe vinciretur. Hic igitur vel maxime declarauit, quanto in illū fuerit amore, quū sua ipsius incōmoda negligaret, cū & ipse interim ægrotaret: illud autem curæ haberet, quo pacto fieri possit, vt ille & quāplarimū dormiret, & minimū angereter. Atq; ita cōmode tolerabāt, communicatis inter ipsos malis: donec aliquante

D.E R A S. I N T E R P R E T E.

post, tale quiddā accidit, quod finē fermē corū imponeret calamitati. Siquidē ē vincitī quispīā, haud scio vnde nactus limā: adiūctis cōiuratis captiuorū plerisq; catenā infecuit, qua seriatim erāt astricti, cyphonibus in hāc insertis, soluitq; oēs. Qui quidē facile trucidatis, quippe paucis custodibus, cōglo-
bati profiliere. Atq; hi quidē illo quō quisq; pote-
rat, dissipati: postea pleriq; sunt cōprehēsi. Porro
Demetrius & Antiphilus inibi remanserūt: Syro
quoq; retēto, qui iā aufugere parabat. Ut aut dilu-
xisset Aegypti præses, cognito quod acciderat, emi-
sit quidē qui illos īsequerētur: accessitis aut iis, qui
erant cū Demetrio, soluit à vinculis collaudatos,
quod soli nō aufugissent. At illis haud quaquā lat-
erat, vt hoc titulo dimitterētur. Clamabat aut De-
metrius, sibiq; nō mediocribus in rebus iniuriā fie-
ri prætēdebat, si pro maleficiis habiti, viderētur vel
cōmiseratiōe, vel ob id laudis, quod nō aufugisset,
dimitti. In summa, cōpulēre iudicē, vt causā exactius
excuteret. At hic ybi repperit, nihil eos commer-
tos, collaudatos illos, Demetriū aut seorsum quoq;
q; admiratus, liberos esse iussit, cōsolans super poe-
nia quam tulerant, præter ius in vincula coniecti.
Quinetiā abos munere prosecutus est, idq; de suo
Antiphilū drachmarum decē milibus: bis tāto De-
metriū, Ac Antiphilus etiā nunc quidē in Aegy-
pto est, Demetrius aut sua quoq; viginti milia re-
linquēs amico, cōcessit ī Indiā profectus ad Brach-
manas, tantū hoc loquetus Antiphilo, merito sibi
iam ignoscendū videri, quod tū ab eo discederet.
Neq; enim sibi opus fore pecunia, quoad is pers-

severaret esse, qui erat: videlicet qui possit paucis es-
se contentus, neq; illū amplius egere amico, quippe
cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt To-
xaris amici Græci. Quod ni initio notasies nos, tās
quā qui verbis nos iactaremus: idem profecto rela-
turus eram tibi cōplures orationes, atq; eas egregi-
as, quas Demetrius habuerit in iudicio: quū interum
pro scipio nihil respōderet: pro Antiphilo vero la-
chrymas funderet, atq; etiā supplex cēt, totāq; cām
in se se reciperet, donec Syrus flagris cēsus, ambos
eos liberos fecit. Hos igitur paucos ē plurimis, quos
mihi primū memoria suggessit, tibi narrauerim p̄rē-
claros ac firmos amicos. Quod reliquū est, iam de-
cedens à narratione, tibi dicendi partes trado. Tu
porrò vtī Scythes his nō inferiores referas, sed lon-
ge p̄stantiores, tibi ipsi curæ fuerit, siquid de dex-
tra sollicitus es, ne ea tibi p̄cidatur. Verū oportet
strenuū p̄stare virum. Etenim res quædam ve-
hementer ridicula tibi contigerit, si cum Orestē ac
Pyladē admodū sophistice laudaris, pro Scythia dis-
cens, orator ignavus appareas. T O X A. Recte tu
quidem Mnēsippē: qui quidē ad dicendū etiā exhor-
taris: perinde quasi nihil sollicitus sis, ne tibi lingua
execetur, victo in narrationibus. Sed iam exordiar
nihil quidē quemadmodū tu, verbis phalerans atq;
exornās (neq; enim is Scytha rū mos) p̄fertim quū
res ipsæ longe magis loquātur quā verba. Nihil autē
eiusmodi expectaueris à nobis cuiusmodi tu cōmes
morādo laudibus extulisti: puta si quis sine dote du-
xerit deformē mulierem: aut si quis amici filiae nubē-
ti pecuniolā donauerit, duo talenta: ac per louē, si

D. ERAS. INTERPRETE.

quis sponte eat in vincula, quū certe sciat se paulo post esse soluendū. Admodū enim levia sunt staneq; quicquā inest in his, vel magni negotiis, vel virile quod sit. Cæterū ego tibi referam multas cædes, bellāq; & mortes, amicorū causa suscep̄tas, ut m̄ telligas vestra ista lusum esse, si cū Scythicis conseruantur. Neq; tamē isthuc sine causa facitis, Sed me rito parua ista miramini: propterea quod non sint vobis admodū graues occasiones declarandæ amicitiæ, quippe in alta pace viuētibus, Quēadmodū nec i tranquilitate queas scire, bonus sit gubernator nec ne. Tempestate enim tibi opus tuerit, ad hoc ut dignoscas. At apud nos bella perpetua, & aut inuadimus, alios, aut cedimus inuadētibus, aut ubi forte cōcurrimus, pro pascuis prædāq; pugnamus. Hic potissimum opus ē bonis amicis, eōq; quā firmis sine cōstituimus amicitias, sola hæc'arma inuicta atq; inexpugnabilia esse iudicātes. Prius autē volo tibi commerare, quo ritu faciamus amicos, non ex poculis, quēadmodum vos neq; si quis æqualis sit aut vicinus: verūbi strenuū quēpiam virū cōspexe rim 9, quīq; præclara facinora patrare possit, in hūc oēs studio incūbitus, & quod vos in ambiendis cō ingiis, id nos in amicis nō grauamus, diu quasi processos agētes, nihilq; nō facientes, ne v̄c̄ frustremur amicitia, neque reiecti esse videamur. At ubi iam in amicitias, cæteris repulsis, dēlectus ē quispia, protinus fœdus initur, ac iuslurandū, quod sit maximū: nimirum & victuros eos pariter, & mortem opp̄titurum, si sit opus, alterum pro altero. Atq; ita facimus. Etenim simulatq; incisis digitis, sanguinem

in calicem distillauerimus; sumisq; intinctis gle-
dus, ambo pariter admoventes biberimus, non est
quicquā quod deinde nos queat dirimere. Admis-
tuntur autē ad huiusmodi fœderā, ad summū tres. Qui mul-
ta qui multis sit amicus: is eo loco habet apud eos amat-
nos, quo communes istae atq; adulteræ uxores: ar is meretri-
bitamurq; iam non perinde firmā illius amicitiam cibaud ab-
fere, posse aquā est in plures partes disjecta. Exors, similis est
diar aut ab his, quæ nuper Dandamis fecit, Dandas πολιπο-
mis enim hic in consilio cū Sauromatis, quū esset λία.
captiū abductus eius amicus Amizocas. Quin Corres-
potius ante tibi iurabo nostrū iurandū, quando dico per
quidē isthuc initio sū pollicitus. Non enim per Vē digressio-
num & Acinacē, quicquā mentiturus sum' apud te nem.
de Scythicis amicis, M NESP. Evidē tuū iurā Dandas
dū haud magnopere desiderabā: proinde recte fa- mis & As-
cis, qui nullum deorum iures. T. Quid tu narras? mizocas.
An non tibi videntur esse dii Vētūs & Acinacis? A
deōne te fugit, quod nihil sit maius mortalibus vi
ta ac morte? Per hæc vtiq; iuramus, quoties per Vē
tum & Acinacē iuramus: videlicet per Ventū, tan
quā qui vitæ sit causa: per Acinacem vero, vt qui
mortis sit author. M. atqui si ista idonea causa est:
profecto multos alios quoq; deos estis habituri: ea:
les qualisē Acinacis: puta iaculū, lanceā, venenum,
funem, atq; his consimilia. Quandoquidem varius
est iste deus interitus, atq; innumerabiles aperi-
tias, quibus ad illū sit aditus. TOXA. Vide quā
contentiole nunc, quamq; litigiose isthuc faciās:
dū medio sermone interpellas me, excutisq; ac di-

D. ERAS. INT E R P R E T E.

sturbas orationem meā. At ipse loquēte te, silentiū agebā. M N E S. Age, nō sum isthuc posthac factus Toxaris. Et optimo iure obiurgas: quare perge cōfidenter quod restat dicere: perinde quasi nec ad sim dū loqueris, adeo tibi silebo. TOXA. Quartus igitur agebatur dies dādamidi & Amizocæ, ex quo amicitiam inierant, ac mutuū sanguinē pariter bis berat. Venerat interea in regionē nostrā Sauromatæ, cū equitū decem milibus: peditum aut̄ ter tantū aduenisse ferebatur. Ii nimirū quū in nos irruissent imparatos, neq; expectātes illorum insultū, omnes quidem cedere cogūt, cōplures aut̄ repugnantes occidunt, nonnullos & viuos abducunt, nū si quis effūgerat tranus in vltorē fluminis ripā, vbi nobis dimidiū copiarum, & pars curruū erat. Sic enim id temporis castra fueramus metati, haud scio quo consilio Archiplanorū, id est, ducū nostrorum, ad vtrāsq; Tanaidis ripam. Protinus itaq; & prædas abigebant, & captiuia abducebant. & tētoria diripiebāt, & curribus potiebantur, atq; iis plerisq; cū viris casptis, & sub oculis nostris concubinas, vxoresq; nostras constuprabant. Nos porrò rem indigne tulimus. At Amizoca quū duceretur (erat enim captus) nominatim inclamauit amicū, misere vincetus, simul q; calicis & sanguinis cōmonefecit. Quod simulatq; exaudierat Dandamis, nihil etiā cōtatus, spectantibus omnibus, tranauit ad hostes. Ibi Sauromatæ densatis telis irruerunt in illū: iā cōfixuri, nisi succlassefet: Zirim. Hoc verbi si quis sonuerit, poste a nō interimū, sed recipiū, tanquā dedentē, sese præcio redimendū. Moxq; ad illorū ducē adductus, reposce

Zirim.

bat amicū: ille redemptionis precium postulabat.
Neq; enim prius dimissurū sese, nū maximū pro illo receperisset. Tum Dādamis: quæ possidebā, inquit ea omnia à vobis direpta sunt: quod siquid ē quod nudus præstare queam, id sum paratus polliceri vobis: & imperato quicquid voles. Et si ita vis, meipsum huius in locū recipe, & abutere ad quodcūq; tibi lubitū erit. Ad hæc Sauromata: Nihil, inquit, opus retinere te: præsertim quum temet dedideris. Quin tu parte eorū quæ possides tradita amicū abducito. Rogat illico Dādamis, quid nā vellet accipere. Ille oculos postulat, Atq; hic protinus exhibuit eruēdos. Deinde vbi esset exerciti: iāq; preciū persolutū esset Sauromatis, recepto Amizoca, reversus ē innitens illi: vnaq; tranātes, incolumes ad nos redierunt. Id factū animū rddebat Scythis omnibus neq; iam victos esse rebantur sese, quū vide rent, quod apud nos esset honorū maximū, id non dum esse abductū ab hostibus, verū superest ē egregiā mentē, & in amicos fidē. At idē Sauromatis formidinē non mediocrē incutiebat: reputatibus cū cuiusmodi viris, si se præparassent, essent pugnaturi tametsi tū quidem ex improviso superassent: proinde sub noctem relictis maxima ex parte pecoribus incēsisq; curribus, fuga sese subduxerūt. Porro Amizoca nō tulit diuti⁹, vt videret ipse, amico cæco Dādamide, sed ipsus semet exoculavit. Atq; ita sedēt ābo, omniq; honore à populo Schytharū publicitus aluntur. Quid tale Mnēsippē vos referre possetis? Etiā si quis tibi donet, vt possis vel decem: alios ad istos quinq; adiūgere, etiā cītra iusurandū

D. ERAS. INTERPRETE.

si ita vis, ut & multa licet affingere? At ego tibi re
nudā exposui. Tu vero si quē talē narras, nō sū
nescius, quātas adornandæ rei gratia phaleras nar
rationi fueris admixturus: quēadmodū supplicarit
Dandamis: & quomō sit excæcatus, & quæ dixerit
& quo pacto redierit, & quēadmodum exceperint
eū Scythæ, adgratulantes benēq; ominātes, atq; id
genus alia: cuiusmodi vos ad demulcēdas aures so
letis artificio quodā addere. Audi igitur & alium
huic parē Belittam huius Amizocæ consobrinū. Is
ut detractū ex equo à leone Basthen amicū cōspe
xisset: nam forte simul erant in venatu, iamq; leo
circūplexus illū, iugulo admotus esset, atq; vnguis
bus laniaret, desiliens & ipse, inuolauit in tergum
beluæ, reflexitq; in se se prouocās, auertensq; atq;
inter dentes digitos inferēs, conatus quoad licuit
Basthen è rictu leonis eximere, donec leo amissio
illo iā semimortuo, ad Bellitā se se cōuertit, atq; ip
sum quoq; circūplexus occidit. At ille moriens (nā
tanto anteuertit) acinacē in leonis pectus defixit.
Itaq; pariter exanimati sūt oēs, nos autē sepeliuim⁹
eos duob⁹ aggestis tumulis inter se vicinis: alter o
amicorū, altero è regione leonis. Iam tertio loco
tibi referā Mnesippe, Macentæ, Lonchatæ & Arſa
comæ amicitiam. Hic enim Arſacomæ deperibat
Macetes, Loncha
thes, & Arſa
comas: Mazā Leucanoris filiā, qui regnabat in Bosporo
tū quū legatione fungeretur super tributo, quod
Bosporini sēper nobis pendere soliti, id tēporis iā
mensē vltra diē legitimū distulerant. In conuiuio
igitur quū Mazā vidisset procerā atq; decoram
virginē, amore captus est, grauitérq; discruciabas

Belitta &
Basthes.

Macetes,
Loncha
thes, & Arſa
comas.

tur. Iam itaq; quæ de tributis agebâtur, erant trau-
sacta: responderatq; illi Rex, cōiuicioq; accipiebat
mox illū dimisurus. Est autē mos in Bosporo, vti
procī in cōiuicio petāt puellas, narrātes quinā sint, Bosporis
quibusq; rebus frāti, decreuerint eas iu matrimos norūmos
niū accipere. Atq; id tēporis forte fortuna multi in ambiē
aderāt in cōiuicio procī, reges, ac regū filii, in his e dis: petem-
rat & Tigrapates, Lazorū princeps, & Adyrmach⁹ disq; spōn-
Machlynæ dux, aliq; cū his permulti. Oportet au-
tē vnūquēq; procū, posteaquā exposuit quis sit, &
si qua ducia ad abīedas nuptias accesserit, cōiuicio
cū reliquis, tacitūq; accubere: Deinde peracto con-
uiuio, postulata phiala, virū in mensam effundere,
atq; sponsam ambire, multum intereacclaudantē
se, quo genere, quibus opibus, qua sit potētia. Ad
hunc igitur modum cū multi iā libassent, postulas-
sentq; regna & opes cōmemorātes: tandem Arsaco-
mas, postulata phiala, non libavit (neq; enim mos
apud nos vinū effudere, quin magis cōtumelia ista
esse iudicatur in deum) sed haustum bibens: Da Vīnum ef-
mihi Rex, inquit, filiam tuam Mazāam vxorem, fundere
qui multo sum potior istis, quantū ad opes ac pos- apud Scy-
fessiones attinet. Leucanore vero admirante (sicie thas cōtu-
bat enim rex pauperē Arsacomā, ac de plebe Scy- meliosum
tharū esse) percontanteq; quantū pecorū, aut quā
cum habes plaistrorū Arsacomā: nā iis rebus vos
diuites estis. Imo nec plaistra, inquit, possideo, nec
armēta: verū sunt mihi duo amici, honesti probiq;
quales alii Scytharū nemini. At tū quidē ista dicēs,
risus est, contēptuīq; habitus, visusq; temulentus.

D. ERAS. INTERPRETE

Mane vero reliquis prælatus est Adyrmachus, iāq; sponsam abducturus, erat in' Mazotidē ad Machly enses. Porrò Arſacomas domū reuersus, amicis indicat, quēadmodū reiectus esset à Rege, risuiq; habitus in cōiuicio, quū pauper esse putaretur. Atqui dixerā: inquit, illi quantas haberē opes, nempe vos & Lonchata atq; Macenta vestrāq; benevolentia longe præstare, multoq; firmiorē esse Bosporanos rū opibus, Verum hæc dicentē, me subsannavit, cōtempsitq; & Adyrmacho scilicet Machlyēsi tradi dit asportandā sponsam, quōd aurcas phialas se dicere habere decē: præterea currus quaternis sedilibus octoginta: ad hæc ouiuō bouq; multam copiā. Sic videlicet antetulit fortibus viris pecorū multis titudinē, operosa pocula, & currus grauis. Proinde & amici, dupliciter excrucior: nā & Mazæam amo & iniuria mihi inter tantū hominū illata, non me diocriter mordet animum meū. Arbitror autē & vos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad vnū quēq; ē nobis tertia contumeliaz pars pertinebat: si modo ita viuimus, quēadmodū cœpimus quū cōiungeremur: nimirum vt vnus homo simus, iisdem dolētes, iisdēq; gaudentes. Imo, inquit, Lonchates vnusquilibet ē nobis totus iniuria afficiebatur, tū quū in te ista fierent. Quomodo igitur (inquit Macentes) his in rebus agemus: Per partes, inquit Lōchates, negociū suscipiamus. atq; ego quidem recipio Arſacoma me caput apportaturū Leucanoris. Tu vero spōsam creptā huic adducas oportet. Ita fiat, inquit. At tu Arſacoma, inter hæc (nam his per actis verisimile est exercitu ac bello fore opus hic

mane, quo cōtrahas & appares arma, equos, atque
 aliarum rerū vim, quantā potes maximam. Facili
 me autem plurimos adiunxeris: partim quod ipse
 strenuus, partim quod nobis nō pauci sunt familia
 res: Maxime vero si desederis in tergore bouis.
 Hæc vbi placuerint, hic quidē quātū potuit, rectā
 profectus est in Bosporū, puta Lonchates: alter,
 id est, Macētes ad Machlyenses, eques vterq;. At
 Arlacomas domi manēs, & cū æqualibus cōculit, &
 ex familiabus vim hoīm armavit. Demū & in ter-
 gore bouis desedit. Cōsuetudo autē de sedēdo in Sedere in
 tergore bubalo huiusmodi est apud' nos. Vbi quis tergore
 ab alio lās̄ est, cupitq; vlcisci, neq; par esse pugnæ bōis apud
 videtur: tū boue immolato, carnes frustulatim cōs Scythas.
 cīas, igni torret. Dehinc ipse porrecto humili cō-
 rīo, sedet in eo: in tergū reductis manib; more
 eorū, qui à cubitis vinciti sūt. Et hoc quidē apud
 nos maximū est supplicādi genus. Appositis autem
 bouis carnibus, adeūtibus domesticis: præterea sis
 quis aliis velit, quisq; partē sibi sumit, ac dextro pe-
 de tergū bouis calcās, pro facultate pollicetur: hic
 quidē equites præbiturū se quinq; suopte cibo,
 suóq; stipendio: ille decē: aliis plures: aliis armas
 eos pedites quot posse: atq; qui pauperrimus, seips
 sum duntaxat. Colligitur itaq; in tergo bouis, ins-
 gens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi quis-
 dé exercitus, & certissima fide, cohæret, & hostibus
 expugnatū difficillimus est: nō aliter, quām si iure-
 iurando esset adactus. Nam in tergum ascendisse,
 instar iurisiurandi est. Arlacomas igitur in rebus
 procurandis satagebat: coierūntq; illi equites quis-

D. ERAS. INTERPRETE.

dem circiter quinques mille: tum armati ac pedis
ses promiscue, vicies mille. At Lóchates ubi igno-
tus peruenit in Bosporum, Regem adit, tractanté
quiddam de regni negotiis, atq; venire quidem
sese publico Scytharū nomine, sed priuatim res ma-
ximas apportare. Ille ubi dicere iussisset: De pu-
blicis, inquit, negotiis, hæc in præsentiarū denun-
ciant Scythæ: ne vestri pastores in planiciē usq;
transgrediantur, sed intra Trachonē pascant. Cæ-
terū latrones de quibus expostulatis quod regio-
nem vestrā incurserint: negant eos publico cōsilio
emitti, sed priuatim sui, quenq; lucri causa prædari.
Quod si quis illorū deprehēdatur: tui arbitrii esse
ut in eos animaduertas. Hæc quidē illi denunciāt.
At ego tibi indico, grauē in vos insultū futurū ab
Arsacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit
apud te, idq; (opinor) quū filiā tuā postularit, non
assequutus sit abs te: ob id indignatur, sedetq; in
tergore taurino septimū iam diē, contractusq; illi
est exercitus haud exiguus. Audiui (inquit Leucas-
nor) & lipse, cogivim copiarū i tergū bouis. Quod
aut̄ aduersum nos cogerentur, quodq; Arsacomas
huius rei dux esset, id vero me fugerat. Atq; in te,
inquit Lonchates, hic apparatus cōstituitur. Mihī
aut̄ inimicus est Arsacomas, grauitérq; fert, quod
sibi præferat à natu maioribus, & quod i omnibus
illo videar esse præstantior. Quod si mihi sponpon-
deris alterā filiam tuam Barcetim, alioqui nec indi-
gno vestra affinitate, brevi tibi reversus caput ei⁹
apportauero. Spondeo Rex inquit, videlicet supra
modum formidine correptus, propterea quod nō

ignoraret, quam ob causam iratus esset Arsaces
mas: nimis ob nuptias, tum & aliâs quoq; mes-
tuerit semper Scythes. At Lóchates: Iurato, inquit,
te præstitorum pacta, neq; inficiaturú. Id quum fie-
ret, iaq; resupinatus in cœlum iurare vellet: Absit,
inquit, vt hic, ne quispectantiū coniiciat, qua gra-
tia iuremus. Quin potius hoc templum Martis ins-
gressi, occlusis foribus iusurandū ædamus, vbi nul-
lus exaudiat. Nam siquid horum inaudierit Arsac-
comas, vereor ne me ante bellū immolet, manu iā
nunc non parua cinctus. Introcamus, inquit Rex.
Vos aut̄ absistite quām longissime. Neq; quisquā
ad templū adeat, quem ego non accersuero. Po-
ste aquā igitur ipsi quidem introgredi sunt, satellis-
tes autē procul abstiterūt, vibrato gladio, simūlq;
altera manu obturato ore, ne vociferaretur, iustum
pectus adegit. Deinde caput desectū, sub chlamy-
de tenens prodibat, quasi confabulans interim cū
illo, breuiq; sese dicens adfuturum, tanquā ad ne-
gocii quippiam emitteretur ab illo. Atque ita res-
uersus eō, vbi equum vinclum reliquerat, conscen-
so illo, redequitauit in Scythiam. Porrò nemo est
eum insequutus: quippe diu ignorantibus Bospor-
inis, quod acciderat, tum vbi rescissent, factiose
de regno decentantibus. Hæc itaq; gessit Lonchas-
tes, præstítiq; promissum allato Leucanoris ca-
pite. Porrò Macentes in via factus certior super
his, quæ in Bosporo acciderant, peruenit ad Mas-
chlyenses: primusq; illis nuncium attulit de Re-
ge trucidato. At populus, inquit, te Adyrmache, ge-
ner cum sis, ad regnum vocat. Proinde fac vt ipse

D. ERAS. INTERPRETE.

prior occupans, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, puella vero te sequatur a tergo in curribus. Facile enim isthoc pacto tibi conciliaturis multitudinem Bosporanorum, ubi Leucanoris filia conspicerint. Ego porro non solus Alanus sum, verum etiam sponsae tuae cognatus maternus: siquidem nostra est gente Mastera Leucanor ascivit uxorem. Et nunc tibi adsum, missus a Masterae fratribus, qui sunt in Alania: denunciatis ut quapotes oculisti me, te recipias in Bosporum, neque per negligientiam committas, ut imperium ad Eubiotum deueniat, qui tamet si frater nothus est Leucanoris, tam Scytharum partibus semper fuit, cum Alanis similitates gerit. Hac quidem dicebat Macentes. Erat autem eodem cultus, eademque lingua cum Alanis. Communis enim horum virtus, Alanis cum Scythis, nisi quod non magnopere comati sunt Alani quemadmodum Scythae. At Macetes in hoc quoque illis erat assimilis, videlicet de tonsa coma: quatinus conueniebat Alanum minus esse comatum, quam Scytham. Itaque his rebus factum est, ut illi fides haberetur, putareturque Masterae ac Mazae cognatus esse. Et nunc, inquit, o Adyrmache, ad verum usque paratus sum: vel proficisci tecum in Bosporum, si velis: vel manere, si sit opus, ac sponsam adducere, Isthuc equidem, inquit Adyrmacchus, longe malum, quandoquidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum una proficisci caris in Bosporum, unum duntaxat equitem numero addideris. Quod si mihi uxorem aduerteris, multorum instar fueris. Atque ita factum est, & hic quidem iter progressus est, Macentae tradens ducendam Mazam,

quæ virgo etiādum erat. At ille per diē quidem illam currū vehebat; verū vbi nox incubuisset, im-
positam equo (nā id curarat, vt alius quidem eques
fese consequeretur) tū insiliens & ipse, nequaquam
deinceps ad Mazotim iter faciebat, sed deflectens
ad mediterraneā, relictis ad dextram Mitræorum
montibus, quū virginem interim aliquoties inters
quiescere iussam refocillasset, intra triduū à Ma-
chlyensibus in Scythiam vsq; permensus est viam:
statimq; equus eius vbi destitisset à cursu, paulis
per astans exanimatus est. Porrò Macentes Arsæ
comæ Mazæam in manū dás: Accipe, inquit, à me
quoq; id quod sum pollicitus. At illo ad insperatū
spectaculū stupefacto, gratiasq; agente: Desine, in-
quit, Macetes: ac noli me aliū à teipso putare, nam
mihi profecto gratias agere ob hæc quæ feci, per
inde ē, ac si sinistra mea gratias agat dextræ, quod
vulneratæ sibi subministravit, atq; officiose curā e-
git ægrotatis. Ridicula nimirū & nos fecerimus: si
iamdudū cōmisi, & quatenus licet in vnu conflati
magnū adhuc esse credamus, si qua pars nostri offi-
ciose quid egerit pro toto corpore. Etenim pro se
ipso fecit, quū pars sit totius beneficio adiuti, Atq;
ad hunc quidē modū Arsacomæ gratias agéti, Ma-
cetes respódit. Cæterū Adyrmachus vbi sensit insi-
dias, non perrexit ire in Bosporū: iā enim Eubiotæ
rerū potiebatur accersitus à Sauromatis, apud quos
fuerat diuersatus: verū in patriā reuersus, cōtractis
ingētibus copiis, per mótuosa irrupt in Scythiam
pauloq; post irruit & Eubiotus, cū Græcos vndes
cunq; poterat secū dicens, tū Alanos & Sauroma-

D. ERAS. INTERPRETE.

tas acceritos, vtrinq; vicies millenos. Coniunctis autem copiis, Eubiotus atque Adyrmachus nonas ginta milia confecerunt. Atque ex his tertia pars equites sagittarii, nos autem (nam & ipse ad hanc expeditionem contuleram, addens iis, qui in terro gum taurinum conuenerant, equites ad plenum instructos centum) contractis haud multo mis-
sus triginta milibus, vna cum equitibus operieba-
* appro- mur insultum, ductore Arsacoma. Ut autem admo-
pinquates uentes illos cōspeximus, contraduximus agmen, praemissis in hostē equitibus. Atq; vbi iam diu acriter esset pugnatū: tandem cessere nostri, interrupta phalāge. Postremo in duo dissectū est vniuersum agmen Scythicū: pars subduxit se, non omnino palam viēta, verū ita fugiebat, vt locū dare videtur: adeo ut Alani ad multū tempus insequi nō au- derent partem alteram: quæ eadem erat imbecilior, cingentes Alani ac Machlyenses, undequaq; cedebant, confertim iaculis emissis, atq; sagittis, sic ut vehemēter laboraretur à nostris, qui tenebātur obfessi. Et iā plāriq; arma proiecerant, quorū in numero forte erat Lonthates & Macentes: iāq; ambo vulnus acceperant, dū ante alios se pericu lis obiiciunt, Hic quidē adūsto femore, puta Lonthates: Porrò Macentes securi sauciato capite, tū conto in humerū impacto, Quod simulatq; sensit Arsacomas, quū i altero agmine esset nobiscū: turpe ratus, si desertis amicis non adesset, subditis equo calcaribus, cū clamore in hostes tendere coe- pit, sublato gladio adeo, ut Machlyenses vim ani- mi nō sustinuerint, sed viā illi fecerint, vt trāsiret.

At ille receptis amicis,tum aduocatis & aliis : imo petū fecit in Adyrmachū,impactōq; in ceruicē gladio,adzonā vsq; dissecuit. Quo fuso,dissipata est omnis acies Machlyensiū,paulopost & Alanorū: Deniq; cum his Græci quoque. Atq; ita redintes grato prælio,nos supiores extitimus.diūq; sumus inseguiti trucidātes,donec nox finem imposuit: Postero die ab hostibus venerunt legati,qui supplices pacē atq; amicitiam orarent.Bosporani dū plicatū tributū pensuros sese pollicebantur: Machlyenses obsides daturos se confirmabant. Alanī ita eā inuasionem cōpensaturos sese spondebāt ut Sindianos nostro noīe vellent aggredi, quibuscū multo iam tēpore nobis fuerat simulta. His de rebus auditis suffragiis,in primis autē Arsacome & Lonchatz: pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. Huiusmodi Mnesippe,udent Scythæ amicorum causa facere.M. Tragica prorsus,ô Toxari,fabulisq; similia. Et propitiass sic Acinacis & Ventus,per quos iurasti: si quis ista nō credat,nō admodū reprehendendus esse videatur. T. At vide,vir egregie,ne incredulitas ista ab inuidia vestra proficiat. Quanquam non me de terribis nō habendo fidem, quo minus & alia his cōsimilia referam,quaē nouerim à Scythis esse gesta. M. Tantū ne longū facias,vir optime,neq; vt que adeo admissis, vagisq; vtare sermonibus: vt nunc sursum ac deorsum Scythia, Machlyanāmq; percurrens: deinde in Bosporū discedens: postres mo rediens prorsus abutare silentio meo. T. Pas rendū tibi & hāc præscribenti legem,dicendūmq;

D. E R A S. I N T E R P R E T S.

paucis, ne fatigeris vna nobiscū, audiēdo circūcur
sitās. Quin magis ausculta, quæ in meipsū amicus
Sisinnes & **Toxas** Sisinnes noīe præstiterit. Quú enim Athenas reli
cta patria proficiserer, idq; cupiditate Græcanica
rū literarū, appulerā Amastrim Póticā. Ea est vrbis
haud procul à Carábe dīsita i promotorio, obuia
iūs, qui à Scythia nauigat. Comitabat aut̄ Sisinnes,
mihi à puerō amicus. Nos igitur vbi res quasdam
importatas in portu spectassemus, in cūmq; è natū
subduxissemus, emimus, nihil suspicātes mali, intes
rea fures quidam effracta sera, suslulerūt vniuersa,
adeo vt nō reliquerint, quod vel in eū diem suffis
cere posset. Ergo quú domū essemus reuersi, cogni
to quod acciderat, nō visum est in ius vocare vel
Daricus vicinos, qui plures erāt, vel hospitē, veriti ne ples
risq; sycophatæ videremur, si dixissemus nobis ab
aliquo sublatos esse Daricos quadringētos, tum ve
stium permultū, ad hæc tapetia quædā, deniq; quic
quid habueramus. Consultabamus igitur hisce de
rebus, quid esset faciūdum, omnium rerum egenis,
idq; in vrbe peregrina. Ac mihi quidem ita visum
est tum temporis, statim demerso in ilia acinace, vi
tam fugere, priusquā ignauum quipiam, aut indis
gnum esset ferendum, vel fame, vel siti enecto. Cō
tra Sisinnes consolabatur, obsecrans ne quid tas
le facerem. Aiebat enim excogitasse se, vnde no
bis vicitus suppeteret. Et eo quidem die baiulans
ē portu lignis allata mercede victum suppedita
uit: mane autem obambulans in foro, pompam
quandam aspergit iuuenū (quēadmodū aiebat) ele
gantium ac strenuorum. Hi nimirum viritum lecti,

vti mercede proposita, singulare certamen iniret
in tertium diem erant decentatari. Ergo quum oēs
huius negotiū cōditiones audisset, accedens ad me
Caue posthac inquit, Toxaris, ne teipſū pauperē
dixeris. Siquidē tertio abhinc die diuitē te reddis
dero. Hæc aitatq; interea ægre parato victu, quū iā
spectaculū esſet institutum, spectabamus & ipſi, et
enim afflumptū me duxit in theatrū, tanquā ad iucū
dū aliquod, nouūq; spectaculū Græcorū. Ergo vbi
confidilemus, spectabamus. Ac primo quidē ferē
partim iaculis confixæ atq; à canibis agitatæ, pars
tim in homines quosdā vincitos emissæ, nocentes
quospiā, ita vt coniiciebamus. Ut aut̄ prodierunt,
qui erāt ad singularē certamen conducti, ac prodūs
& o iuuene quodā prægrādi, dixisset præco. Si quis
quā velit cum hoc singulari certamine, congregi,
prodeat in medium, præmium pugnæ accepturus
drachmarū decē milia. Ibi protinus assurrexit Sis
sinnes desilines, polliceturq; se dimicaturū, simuls
q; policit arma. Tum acceptā mercedē, decem mi-
lia mihi deferēs, in manū dat: Si vicero, inquit, To-
xaris, vna proficiemur, suppetētq; cōmeatus: si
cecidero, sepulto me, redi rursus in Scythiam. Ego
quidem his auditis singultiebam. At ille sumptis ar-
mis, reliquū quidē corpus muniuit: at galeam ne-
quaquam imposuit, sed nudo consistens capite pu-
gnabat. Et initio quidē ipse vulnus accepit, retors-
to gladio, succiso poplite, ita vt multū sanguinis
desflueret. Ego interim iā metu præmortuus eram.
At ille confidentius inuidentē aduersarium obser-
uans, ferit in pectore, transfigitq; ita vt protinus

D. ERAS. INT'ERPRETE

ad pedes illius procüberet. Ille fessus & ipse vulnere, mortuo incumbebat: parumq; aberat, quin ipse quoq; efflaret animam. At ego accurrens erexi, animumq; reddidi. Porro ubi dimissus est, iam victor declaratus: sublatum illū, domum deportauis: multumq; temporis curatus à medicis, superuixit qui dem, hodiéq; agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea, claudus tamen adhuc est ex vulnere. Hæc res Mnæsippe non apud Machlyenses, neq; in Alania gesta est: ut testibus careat. & ficta credi queat: verum complures extant Amastriani, qui de pugna Sisinnæ memorant. Finem iam faciā si tibi quinto loco factum Abauchæ retulero. Apud Abauchas pulit aliquando Abauchas hic in Borystenensium & Gynda ciuitatem secum adducens & vxorem: quam vice diligebat, liberos duos, alterum quidem masculū lactantem: altera vero erat puella septē annos nata. Erat autem peregrinationis comes & huius amicus Gyndanes, atq; is quidem è vulnera laborans quod in via acceperat à latronibus, qui eos fuerat adorti: cù quibus dū pugnaret, iactus est in femore ita ut ne stare quidē posset præ cruciatu. Itaq; noctu dormiētibus illis (nā forte i cœnaculo quodā diuersabatur) ingens ortū est forte incendiū, omniaq; circūclusit, iāq; flāma vndiq; domū circundedit. Ibi expperctus Abauchas, relictis liberis plorantibus, repulsa vxore, quæ inhærebat, iussaq; vt ipsa se se feruaret, amico in humeris sublatō descedit, per rūpēsque euasit, ita ut nequaquā incēdīo laderetur. Vxor infantē baiulans consecuta est, monēs puelulam, vt sc̄e cōsequeretur. Ea, vero semiuista, abie-

& ex vlnis infante, vix exiliit è flamma . Deinde
 puella vnà cum illa veniens, penè & ipsa extincta
 est. Post hæc quū probro obiectaret quispiā Abau
 chæ, quod desertis liberis, atq; vxore, Gyndanem Respons
 extulisset: Imò liberos, inquit, denuo parare haud sum homi
 quaquā difficile: tum incertum, an hi boni spt futu ne amico
 ri: porrò amicū diu fuerit, priusquam inueniam talē dignum.
 qualis est Gyndanes: cuius amor mihi ; multis argu
 mentis est exploratus. Dixi Maesippe, è pluribus
 his quinq; propositis, iam tempus est pronuticiari,
 vtri nostrum, aut lingua, aut dexteram oportes
 at amputari . Quis igitur futurus est iudex: M.
 Nemo. Neq; enim constitueramus narrationis ar
 bitrū. Sed scin quid agemus: Quandoquidē in præ
 sentiarū, nullo proposito scopo, sumus iaculati: de
 integro delecto arbitro, alia amicorum paria apud
 illum referamus: deinde vter succubuerit, ei tum
 quidem amputetur, vel mihi lingua, vel tibi dex
 tra. Aut si hoc crudele, quando tu amicitiam ad
 mirari visus es: ego nihilo secius puto, nullam esse
 mortalibus possessionē hac præstantiorem neq;
 pulchriorem: quin ipsi quoq; in vnū copulati, illud
 ap probamus: vt ex hoc die in totā vsp; vitā simus
 amici, vtriq; victores, vtriq; maximis potiti præ
 mis: videlicet pro vnica lingua, vnaq; dextra, bis
 nas vterq; habituri, atq; insuper oculos quoq; qua
 ternos, pedesq; quaternos, in summa, duplicitia omnia
 Eiusmodi nāq; quiddā est: cū duo tresq; copulātur
 amici, qualē Geryonē scriptores depingunt, sensim
 manibus, ternisq; capitibus hominem. Siquidē (vt
 mea fert opinio) tres illi fuerūt, qui cōmuniter oīa

Geriō tri
formis.

D. ERAS. INTERPRETE.

gererent: ut dignum est his, qui amicitia coniuncta sunt. TOXA. Probe dicis; atque ita faciamus. M. Verum neque sanguine opus est Toxaris, neque Acanthus, qui nobis amicitiam confirmet. Haec enim confabulatio, & quod eadem amamus, id multo certius calice illo quem bibitis: propterea quod huiusmodi non obligationem, sed animum postulare miseri videntur. TOXA. Placent ista, iamque amici atque hospites simus: tu mihi hic in Graecia: ego tibi, si quando in Scythiam peruenieris. MNES. Nimirum si sis sciens, nequaquam me pugeat vel logius etiam proficisci, si tales amicos nancisci liceat, qualis es se te Toxari ex tua oratione coniicio.

Christo vivere, Christo commori,
hoc demum est verè amare.

Fo. 14. pag. 2. versu 5. scribitur, cyphonib⁹ in hanc insertis, &c. ubi Cyphon ferrū est, quo malefico rumcolla innoluuntur.

